



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

Nachtrag vermischter Urkunden.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

Nachtrag vermischter Urkunden.

- I. Bischof Heinrich von Brandenburg gewährt den Wohlthätern der Nicolaikirche zu Berlin bis zu deren Vollendung einen Ablass, am 18. April 1264.

Univerſis, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, Heidenricus, dei gracia brandenburgenſis eccleſie Epicoſopus, ſalutarem et ſinceram in Domino caritatem. Licet is, cujus munere venit, ut ſibi a fidelibus ſuis digne ac laudabiliter ſerviat, ampliora retribuatur, quam valeant promereri; volentes tamen populum acceptabilem reddere Domino, et hoc allectio ac fructuoſo penitentie fructu ſalubriter invitare, de omnipotentis Dei, ac ea quam nobis indulſit gratia, preſumentes, omnibus vere penitentibus ac conſeſſis, qui eccleſiam S. Nicolai Confeſſoris in Berlin in anniverſario die dedicationis pia ac devota mente viſitaverint, quique aliis diebus ad ſtructuram ejuſdem grata caritatis ſubſidia contulerint, vel manum porrexerit adjutricem, XL dies indulgentie et unam carenam de injuncta ſibi penitentie miſericorditer in Domino elargimur, mandantes et volentes a quibuslibet verbum Dei evangelizantibus, autoritate noſtra dictam indulgentiam publicari ſingulis diebus Dominicis et feſtiſis, preſentibus nihilominus poſt conſummationem operis minime valituris. Datum Berlin, XIV Cal. Maj, Epicoſopatus noſtri anno primo.

Aus der Süßmilch'schen Sammlung.

- II. Markgraf Albrecht beſtimmt die Grenzen des Reichsbildes der Stadt Eberswalde, am 24. Auguſt 1300.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis amen. Nos Albertus, Dei gratia Marchio Brandenburgensis, recognoscimus et in publicam notitiam devenire cupimus ſingulorum, quibus preſentes fuerint recitate, Quod fidelibus noſtris Conſulibus et civibus civitatis Eberswalde multimoda ſervitia ſepe nobis exhibita pio favore exigentibus eorum meritis refundere cupientes, ne ipſos aliquo impediri contingat in poſterum, in diſtinctionibus terminorum, certis deſcriptionibus ſingula ad uſus civitatis pertinentia eis duximus aſſignanda. Et ecce hec eſt civitatis diſtinctio terminorum. Videlicet primo a ſuperiore ſaliente fonte apud Swerzan uſque ad uadum Drogentz

et ab eodem vado rivulum descendendo usque in fluvium Vinou. Item ab eodem loco, ubi dictus rivus in fluvium Vinou incidit per transversum usque ad alium excelsum salientem fontem. Item ab eodem fonte lineariter usque in paludem Lichtuelde. Item eandem paludem descendendo usque in rivum, qui Mortbrügge dicitur, et ab eodem rivo usque in stagnum Poratz, et idem stagnum Poratz et aliud stagnum Jacobistorp cum omni utilitate et fructu ambo eidem dedimus civitati. Item eandem aquam descendendo usque in rivum Rogösen et eundem rivum descendendo usque in fluvium Vinou. Item totus campus Euersberg et totus campus Jacobistorp cum omnibus agris cultis et incultis, lignis, silvis, pratis, pascuis ac omnibus utilitatibus civitatis similiter sunt ejusdem. Item omnia in eadem distinctione comprehensata, in aquis quam in terris, sunt singula civitatis, molendinorum locis tantummodo hic exceptis. Preterea de vineis humuli et aliis communibus civitatis annuum sumet censum. Insuper quicquid iidem ciues in civitate in theatro vel casis insitorum, futurum, macellis panium vel carnum vel aliis edificare vel consequi poterunt, sibi pro communi utilitate civitatis totaliter reservabunt. Ne igitur dicta nostra gratia per nos, quempiam successorum nostrorum eidem Burgenlibus irritari valeat vel infringi, presentes eidem dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Testes quoque hujus sunt Johannes Sparre, Heino de Puhl, Henricus de Oderberg, nostri milites, Theodoricus de Bornum, Gerardus, Theodoricus Repkou, Michael et Henricus Thene et Conradus de Schonebeck, vasalli nostri, et plures alii fide digni. Datum anno domini M. CCC., die S. Bartholomei Apostoli.

Aus einer Gündlingschen Abschrift.

III. Markgraf Woldemar bestätigt der Stadt Oderberg die Niederlage, welcher alle Güter, ausgenommen die der Bürger von Frankfurt, unterworfen sein sollen, am 24. April 1313.

Nouerint vniuersi quibus exhibitur prefens scriptum, Quod nos Woldemarus, dei gracia Brandenburg. et Lufacie et de Landesberg marchio, tutorque incliti Johannis, de Brandenburg marchionis, Volentes nostros ciues opidi Odersberge, quos speciali promotione prosequimur, in eorum graciis et libertatibus, quas ab antiquo habuerunt, liberaliter conseruare, presenti decreto duximus statuendum, ut consuetudinem ab antiquo ibidem habitam, que pro iure merito est tenenda; videlicet ut omnes nauigio et singuli cum suis rebus eciam quibuscumque in Odera ascendentes ibidem depoficionem, quod Nederlage in vulgo dicitur, decetero habebunt, prout antiquitus est consuetum, Ciuibus ciuitatis Frankenuordenfis dumtaxat exemptis tantummodo et exclusis. In cuius facti euidentiam firmiorem presentes literas tradidimus nostri sigilli munimine de nostro consensu et certa sciencia roboratas. Actum et datum in opido Odersberg, Anno domini M^o CCC^o et XIII. in crastino beati Georrii martiris.

Aus einem alten Berliner Stadtbuche.

IV. Der Probst von Raseburg bekundet, daß in der Streitsache der Städte Berlin und Cöln mit dem Pfarrer Heinrich zu Eberswalde eine Appellation eingelegt sei, am 4. Mai 1327.

Venerabili in Christo patri et Dno. domino Marquardo, Raceburgensis ecclesie episcopo, judici a sede apostolica delegato, Echardus, prepositus ejusdem Raceburgensis ecclesie, judex subdelegatus in causa, que inter partes infra scriptas vertitur ab eodem Dno. Raceburgensi Episcopo, reuerentiam in omnibus et honorem. Noueritis quod Iacobus dictus Iuuenis, excusator seu procurator Consulum Berlyn et Colne opidorum, quandam appellationem in scriptis interpoluit in hec verba: In nomine Domini amen. Cum ego Iacobus, dictus Iuuenis, excusator seu procurator Consulam Berlyn et Colne opidorum, ac ceterorum ipsorum litis Consortium coram vobis honorabili viro Dno. Echardo, preposito ecclesie Raceburgensis, qui vos dicitis iudicem delegatum a venerabili patre Dno. Marquardo Episcopo ecclesie ejusdem iudice una cum collegis suis puta Verdenfis et Caminenfis ecclesiarum episcopis a sede apostolica delegato, quasdam exceptiones proposuimus, docens rescriptum per Dn. Henricum, plebanum in Euerswolde, ac fratrem suum Albertum Adelloldi impetratum subreptitum et per falsam suggestionem obtentum, ex eo, quod tales expresserant quas si substituissent, rescriptum in tanta gratia seu forma minime habuissent. Finxerant enim se emulos Lodewici, Ducis Bawarie, quem Regem ponunt, ac Lodewici ipsius primogeniti Marchionis Brandeborgensis, cum essent vasalli ejusdem Marchionis fidelissimi, per honorum suorum infeodationem homagium ac juramenti fidelitatis prestationem, muneris oblationem contra preceptum seu sententiam Dni. Pape Iohannis XXII., prout in Exceptionibus exstitit declaratum, simulantes se Gelfos, cum essent Gebbelini fideles romane ecclesie, cum essent rebelles mandatis apostolicis ut premittitur. Item quod iidem impetrantes propter causas prenarratas essent et tempore impetrationis fuissent majoris excusationis vinculo constricti per sententiam sanctissimi patris Dni. Iohannis Pape predicti et propter hoc rescriptum ipso jure nullum, prout me obtuli et semper me offero in loco congruo legitime probaturum. Item et alia exceptio, videlicet quod quanquam aliqua subdelegatio per Reuerendum Dn. Episcopum Raceburgensem prenotatum in vos, siqua dici posset, fuisset transfusa, edictum citationis, quo dominos meos ad presentiam vestram euocari feceritis emisistis, astruens ex hoc, et si exceptiones premissae cessarent, sicut jure non cessant, me non debere compelli citatione, que in negotiis quantumcunque de plano decidendis non excluditur procederet ad alios actus, qui iudicalem indaginem respiciunt subeundum, quemadmodum in instrumento citationis vestro sigillo roborato apertius comprobatur, quod honorabilibus viris preposito sanctimonialium in Wredelände et in Landesberg ac in Blomenberge ecclesiarum parochialium rectoribus destinatis. Item et aliam exceptionem de loco minus tuto precipue, cum locus in Lubeke sit Dominis meis sepe dictis ad litigandum et iudicium subeundum nimis oportunus, tum propter potentiam aduersariorum, cum ipsorum ibidem major pars resideat amicorum, qui ipsorum sunt capitales inimici, quorum potentiam et insidias merito abhorrescunt, tum quod propter publicas principum guerras et viarum discrimina non possunt in loco premissa secure comparere, tum quia causa sit grauis, ita intricata et inuoluta, quod merito exigat presentiam principalium partium, nec posset per procuratorem ullatenus expediri. Verum licet has exceptiones proposuerim ac petierim ipsas tanquam legitimas et pertinentes admitti, et terminum ad probandum easdem assignari, vos tum perperam et inique per vestram interlocutoriam pronuntiaatis, ipsas non esse admit-

tendas, quam vestram interlocutoriam dico nullam, et si qua sit vel videri possit, ab ipsa et ab omni grauamine, quod ex ea mihi et sepe dictis dominis meis futurum est ad reuerendum Dn. patrem Marquardum, Episcopum Razeburgensem, iudicem ut premititur a sede apostolica delegatum, qui sibi reuocationem cause dum placet reseruauit, in hiis scriptis prouoco et appello et apostolos instantanter instantius et instantissime peto, postulans ipsos mihi dari, subjiiciens me Dominosque meos sepe tactos omnesque nobis adherentes seu adherere volentes protectioni Dni. Episcopi supradicti, protestans, quod hanc appellationem intendo innouare et renouare, quotiens fuerit oportunum. Non adstringens me ad omnia supradicta probanda, sed solum ea que ad legitimationem mee appellationis sufficere videbuntur. Interposita est hec appellatio in Lubeke anno Dni. M^o. CCC^o. XXVII^o., in vigilia palmarum apud acta viva voce, presentibus Dominis et magistris Henrico Goldoghen, Iohanne Bulen, Ditmaro Schulup, Canonicis ecclesie Lubicensis, Magistro Iohanne Stripederoch et aliis quam plurimis fidedignis.

Ego vero attendens dicte appellationis causas fore minus legitimas et eidem appellationi non detuli nec duxi aliquatenus deferendum, loco apostolorum refutatoriorum eidem Iacobo procuratori Consulum et Berlin et Colne predictorum opidorum prefens scriptum tradidi mei sigilli munimine roboratum. Actum et Datum Lubeke, anno domini M^o. CCC^o. XXVII^o., sequenti die post inuentionem sancte crucis, presentibus discretis viris Iohanne dicto Dux, sacerdote, ac Iohanne dicto Stripederoch, clerico, ac Dno. Hermanno Klendinst, et Alberto de Molendino, consulibus in Lubeke, ac aliis pluribus fidedignis testibus ad premissa vocatis et rogatis.

Am Ende der Urkunde ist nachstehender Schein des Bischofs von Razeburg angeheftet:

Nos Marquardus, dei gratia Episcopus Razeburgensis, recognoscimus nos literas huic cedule nostre annexas cum sigillo honorabilis viri Echardi, prepositi Razeburgensis, recepisse fideliter sigillatas. Datum Sconenberghe, anno domini M^o. CCC^o. XXVII^o., feria sexta post diem decollationis B. Iohannis Baptiste sub nostro secreto.

Original im Geh. Staats-Archive. — Gercken's Cod. III, 372.

V. Markgraf Ludwig stiftet zum Gedächtniß des Grafen Heinrich von Schwarzburg einen Altar in der Marienkirche zu Berlin, am 25. November 1334.

Anno MCCCXXXIV. (die beate Catharine in ciuitate Templin). In nomine domini amen, Cum iustitia sit mater et gubernatrix omnium aliarum virtutum tribuens vnique quod suum est, deo videlicet, sibi et proximo, Deo ut ipsum colat, Sibi vt honeste vivat, Proximo vt ipsum non ledat. Qui vero deum non colit, honeste non vivit, proximum ledit, januam eterne beatitudinis sibi claudit, et Brauium felicitatis perpetue non attingit. Nos itaque Ludovicus, dei gratia etc., deuoto corde considerantes vestigia sequi iusticie et ea, que cultum diuinum respiciunt, augmentare, publice recognoscimus in hiis scriptis et ad vniverforum notitiam cupimus deuenire, quod de maturo consilio nostrorum fidelium, consensu etiam serenissimi domini, domini Ludouici, Romanorum Imperatoris, ad hoc plenius accedente, ad laudem et honorem beatarum virginum katherine et margarete et in perpetuam memoriam et animarum remedium omnium marchionum Brandenburgensium predecessorum nostrorum et nobilis viri Heinrichi, comitis de Schwarzburg,

felicis recordationis, altare in ecclesia sancte Marie in nouo foro civitatis Berlin construximus, fundauimus, fundamus, erigimus nostrisque bonis videlicet de tredecim libris denariorum Brandenburgensium in moneta Berlinensi. Renunciamus eciam omni iuri et vtilitati, que vel quod nobis, nostris heredibus aut successoribus vniuersis potest et possent modis vel viis aliquibus in posterum suffragari. In cuius testimonium etc.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staats-Archives.

VI. Kaiser Ludwig fordert den Markgrafen Ludwig auf, den Pfarrer Heinrich zu Neustadt-Eberswalde zu veranlassen, in Betreff des ermordeten Propstes von Bernau, seines Bruders, die ihm zuerkannte Buße anzunehmen, damit Berlin und Cöln vom Interdicte befreiet werden, am 17. März 1334.

Ludouicus, dei gratia Rom. imperator, semper Augustus, illustri Ludouico Marchioni Brandenburgensi, primogenito suo carissimo, gratiam suam et omne bonum. Nostre jam sepius innotuit majestati, quod ciuitates Berlin et Colna et tota uniuersitas ibidem ex parte Henrici, curati parochialis ecclesie in Euerswalde, occasione cuiusdam homicidii in persona fratris sui hinc retro perpetrati interdictorum et sententiarum plurium in non modicum detrimentum salutis animarum hominum inibi habitantium jam longo tempore ruinas periculosas sustinuerunt, et nichilominus adhuc per subtractionem diuini cultus et aliorum ministeriorum dispendia multifaria patiantur, ex eo quod prefatus Henricus emendam, quam sibi rei homicidii presati semper fuerunt et sunt parati facere, hucusque recusauit et refutauit recipere debitam et condignam. Cum vero nec iuri nec rationi aliquo consonum videatur, quod propter aliquem talem casum priuatam, maxime cum emenda et satisfactio offertur per nocentes, que in iure vel arbitrio boni vel bonorum virorum per omnia reputatur sufficiens et habudans, Christi fideles sub tantis tenebrarum erroribus tanto spatio temporis debeant educari ullo modo; Idcirco dilectionem tuam seriosissime requirimus et hortamur, nichilominus districtius injungentes, quatenus prefatum Henricum ad presentiam tui statim studeas citare et literis tuis presentialiter euocare statuendo sibi terminum duorum mensium vel alium arctum et competentem, infra quem acceptet et capiet emendam, quam sibi sapientes predictorum locorum super prefato homicidio vel super his, que ei ex eodem emergenti competere possent, duxerint arbitrandam. Quod si facere fortasse renuerit extunc ad priuationem officii sui efficaciter procedas, nulla consideratione alia ulterius citra hoc expectata, et hoc ipsum beneficium Henrico de Tfuden conferas indilate, ut ibidem Deo et suis fidelibus valeat diuinitus famulari. Insuper mandamus tibi firmissime quatenus venerabilem Episcopum Brandenburg. inducas et si opus fuerit . . . habeas, ut ad priuationem predicti Henrici etiam procedat et Henricum de Tfuden de eadem ecclesia inuestiat, Dei et nostro intuitu sibi donum altaris et curam animarum liberaliter conferendo, harum testimonio literarum, Datum Nurenberch feria IV. proxima ante Palmas anno Dni. M^o. CCC^o. XXXIV^o.

Original im Geh. Staats-Archive. — Gercken Cod. III, 94—96.

VII. Der Hofmeister Dippolt Guffe, der Kammermeister Altman und der Hofrichter Johann Buch entscheiden die Uneinigkeit des Bischofs von Brandenburg und der Städte Berlin und Cöln über den Mord des Propstes von Bernau, am 1. Juli 1335.

Wie Herr Dyppolt Guffe, Houemeister, Herr Altman, Cammermeister, und Herr Jan Buch, Houerichter unfers lieuen gnedigen Herren Margreuen Ludeuig von Brandenburg, bekennen in demselben openen breue, dat alle schelinghe die was twischen unsem Heren Biscop Ludeuig von Brandenburg af eine sit und twischen den borgern meinliken von Berlin und Cöln af ander sit umme den mord des Prouest Nicolas von Bernowe is tu us mit guden willen beider siet gelatin, dar sie us ere breue hebbin ouer gebin, und hebbin sie entscheiden als hier na gescreuen steit. Tu dem irsten wille wi und heiten, dat die börgere von beidin Stedin scolin maken vor des Prouestes siele ein Altar mit twelf stücken gheldis in die Parre kerke, dar he gedodit ward. Si scoelen ok fetten ein sterner Cruce tuiyger Vadmen hoch uppe die Stede, dar he gedodet ward, und scolin dar uppe holdin ein ewig licht bet an die tit dat sie dat wandeln in ein betere na des Biscopis rade. Sie scoelen ock sceppin dat dit Altar dat Cruce und dat licht rede sie des andern dages na unfer Vroven dage Wortmisse, und sie scoelen des süluen dages den Prouest began ouer all Berlin und Cöln mit vigilien und Seelmissen. De Biscop scal ok tu sik nemen alle sake um den süluen Prouest und scal die borgere scadlos halden, hir umme scolin sie dem Biscop geuin achte half hundert mark rede und hundert mark up unfer Vrouen dag Wortmissen die nu negist kumt, und dritdehalf hundert mark up fünfte Mertens dag darna. Vor ditt Geld altemale scal unse Herr die Biscop den borgern fetten Scrapestorp mit vief und seuentig stücken Geldes und scal dat antworten tu siener und tu erer hand Otten von Osterren. Were ok dat Otte af ginge, so scal man dat antworten eineme, die des Biscopes beseten Man is, den die borgere dar tu kyfin. Die scal den borgeren louen und weme sie dat willen louet hebbin tu erer hand, est et geschee dat dem Biscop dat entfuchte, dat he die borgere von dessen vorbenumeden saken nicht nemen mogte, wan en die Sang legert worde von jennigen richter um desse sake, Dar na binnen einem Verdendel jahrs so scal die, die Scrapestorp inne heft, antwerden den borgern mit der Gulde, dat scoelen sie halden oder verfettin vor ere Gelt. Word em an den Gelde brok, so scal en de Biscop fetten tein borgen, dat scal sin Greue Günther von Lindoue, her Jan van Buch, her Hennig von Jagoue, Peter und Coppeke von Bredou, Peter und Geories von Kerkou, Haffe von Wedele, Otto von Osterren, und und die Biscop süluen. Ginge der borgen jennich af, in des stede scal man einen andern alse gut fetten. Diese borgen scolin den borgern irvullen den breke des geldes. Die borgere scoelen ock na der borgen rade dun este sie dat vorfetten wolden, est man dar mer up kriegen kunde, wenn sie et verfetten mogten. Alle dit scal dat Capittel von Brandenburg louen mit deme Biscop und ere vulbort unde willen dar tu geven und ere breue darouer geuin. Die Biscop scal en ok reconcilieren binnen Berlin und Cöln, dar en des not is. He en scal nemanne sunderliken tyen rades oder dades des Prouestes dodes: kumt auer jemand tu eme durch siner Samwitlicheit, den scal he vordern mit guden trouwen dat eme losinghe werde von dem Paweste. He scal ok den borgern helpen, trouwelken mit rade und mit gunst in dessen und in andern saken als ein Biscop tu rechte sine parrlüden scal. Were ok dat de borgere Bode, den sie nu an den Pawes gefant hebbin, brachte eine berichtinge, die en bet gefele wan desse, so en scal al dit ding nene macht hebbin. Tu eine bewiefinge desser vorge-

sproken dinge hebbe wie unse Insegele laten hengen an dessen brief, und is gescheen tu Berlin, na Godes bord drittein hundert jar viif und drittig jar, des achten dages fünfte Joh. Baptiste.

Original im Geh. Staats-Archive. — Gercken Cod. III, 96—98.

VIII. Markgraf Ludwig schenkt auf Bitten der Stadt Landsberg hier den Augustinern einen Platz mit, der Erlaubniß, ein Kloster darauf zu errichten, am 30. Juni 1335.

Nouerint vniuersi tenorem presencium inspecturi, quod nos Ludovicus, dei gratia Brandinburgensis et Lusacie Marchio etc. pio zelo divinaque consideratione moti, matura deliberatione prehabita, ad requisicionem eciam et instantem ciuium ciuitatis nostre Landisberg antique instanciam, ob iugemque Illultrium Principum Marchionum Brandinburgensium predecessorum nostrorum nostre posterorumque nostrorum animarum salutem perpetuam, damus, appropriamus, donauimus et appropriauimus aream siue locum nobis pertinentem, in ciuitate predicta situm, religiosi viris fratribus et seruis Sante Marie, ordinis Santi Augustini, et in ipsa area siue loco, omni impedimento semoto, monasterium ob divini numinis honorum et reverentiam edificandi siue construendi damus et concedimus, quantum in nobis est, liberam facultatem. In cuius rei testimonium presentes conscribi, sigilli nostri appensi munimine iussimus communiri. Datum Berlin, anno domini Millesimo Tricentesimo tricesimo quinto, in crastino Petri et Pauli Apostolorum beatorum.

Klöden's dipl. Geschichte des Markgrafen Waldemar I., 414.

IX. Markgraf Ludwig vereignet einem Altar in der Marienkirche zu Berlin die Gebungen, womit Rath und Bürgerschaft von Berlin und Cöln hier die Gedächtnißfeier des ermordeten Propstes von Bernau gestiftet haben, am 8. Dezember 1335.

In nomine Domini amen. Ludouicus, dei gratia Brandenburgeris et Lusacie Marchio etc. uniuersis Christi fidelibus — Ducti itaque zelo ex alto donationem reddituum, scilicet XII. talentorum denariorum Brandenb. in moneta nostra Berlinensi, factam ac prudentibus viris Consulibus et civibus de Berlin et Cöln, nobis dilectis, altari Beatorum Mathie, Stephani et Ypoliti in ecclesia S. Marie in Berlin, quod prefati Consules et cives in dicta ecclesia in salutare antidotum et perpetuam memoriam anime honorabilis Nicolai, quondam Bernouensis prepositi sane memorie, qui in ipsa ciuitate Berlin in nouo foro misere mortis pertulit exitium planctu dignum, suis propriis sumibus et substantia constituerunt et liberaliter dotauerunt de redditibus supra dictis, gratam et ratam habemus ac eam presentibus approbamus, Appropriantes in perpetuum eidem altari eosdem redditus in moneta predicta exsoluendos absque diminutione qualibet terminis annorum debitis et consuetis. Predictos quoque redditus honorabilis vir Dominus Euerus, dictarum ciuitatum prepositus, Capellanus nobis dilectus, quoad vixerit possidebit et annuatim tollet, dictoque altari ne in debitis defraudetur officii prouidebit. Verum ipso Dno. Euerus de medio sublato jus presen-

tandi ad predictos Consules de Berlin et de Cöln protinus deuoluetur, et apud ipsos tam presentes quam futuros tamquam veros ejusdem altaris patronos irreuocabiler remanebit. Et ne hoc factum tam salubriter institutum iacturam sentiat in futurum, presentes inde confici et sigilli nostri robore mandauimus fideliter communiri. Testes quoque affuerunt nobilis Hermannus Comes de Henneberg, Johannes de Buch noster Capitaneus generalis, Johannes de Helbe curie nostre Magister, Gherwinus prepositus Bernouensis, Eberwinus noster prothonotarius et H. de Luchoue clericus cum aliis de nostra familia fide dignis. Actum et Datum Berlin, anno domini M^o. CCC^o. XXX quinto, feria sexta post diem S. Nicolai.

Original im Geh. Staats-Archiv. — Gerfens Cod. III, 99. 100.

X. Die Markgrafen Ludwig und Stephan bestätigen die Alt- und Neustadt Brandenburg, am 10. September 1338.

Vniuersis et singulis presentia inspecturis, Nos Lodeuicus et Stephanus, dei gratia Brandenburgenses et Lusacie Marchiones, Comites Palatini Rheni, Duces Bauarie, Sacrique imperii Archi Camerarii, volumus esse notum, quod promissimus et promittimus per presentes, nos velle admittere fideles nobis dilectos nostrarum Ciuitatum noue et antique Brandenburg Ciues, milites et militares eidem Ciuitati circumsedentes jam existentes et eorum successores, omni iuri, quo apud nostros predecessores fruebantur, et ab antiquo debere commanere, ipsum quidem jus sit solitum quodcumque ipsis non euacuando nec diminuendo predicta etiam nomine nostrorum fratrum singulorum pollicentes, ut rata seruare in eorum absentia, et dum ad Marchiam eos venire contingat, promittere debeant singula prenarrata. In cuius testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Eberswalde, anno Domini Milleesimo tricentesimo tricesimo octauo, feria quinta post diem Natiuitatis Marie virginis gloriose.

Gerfens Cod. VIII, 401.

XI. Markgraf Ludwig befehlet Ekhard von Wagentz mit 4 freien Hufen im Dorfe Berge, am 31. März 1345.

Nouerint etc. Quod nos ad beniuolam et voluntariam resignationem ottonis de osten contulimus et presentibus conferimus strenuo viro ehardo de wogenitz, fideli nostro dilecto, suisque etc. III mansos liberos, sitos in villa Berge, cum omni iure, usu, fructu et pertinentiis quibuscunque, eisdem ex debito rite pertinentibus, perpetuis temporibus pacifice sine inquietatione qualibet possidendos, sub modis, formis et conditionibus, quibus prenotatus otto dictos mansos habuit et possedit. In cuius etc. Testes Plawe, Buch, Swyker, Hele, Satzenhofer, magister

coquine, milites, cum ceteris. Datum Spandow, anno XLV^o., feria V. ante Dominicam quassimodogeniti.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staats-Archives. — Gerken's Cod. II, 564.

XII. Markgraf Ludwig verpfändet an Hartwig von Lyndow Bedehungen und Gerichte im Dorfe Niebel, im Jahre 1345.

Nos Ludovicus etc. recognoscimus publice per presentes, quod contulimus et presentibus conferimus Hartwicho de Lyndowe et suis fratribus eorumque veris et legitimis heredibus villam nywal precariam cum summa et pedanea jurisdictione, ita quod summa precarie extendit se ad nouem mandalas grossorum, hac tamen conditione annotata, cum nos seu nostri heredes predictis seu eorum heredibus XL marcas argenti Brandenb. vice versa restituerimus, tunc predicta bona ad nostram sicut prius deuoluentur proprietatem.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staats-Archives. — Gerken's Cod. II, 568.

XIII. Marquard von Luterbach, Vogt zu Spandow, bekundet, daß Otto von Buch dem Rath zu Berlin und Cöln zum Abtrag der für ihn dem Markgrafen gezahlten Geldsumme seine Güter eingeräumt habe, am 1. October 1346.

Ego Marquardus de Luterbach, Aduocatus in Spandow, recognosco et protestor omnibus presentes literas visuris et auditoris, quod me presente Otto de Buck resignauit omnia bona sua ad manus et usum honestorum virorum Consulium civitatum Berlin et Cölne, quousque ipsi ex eisdem bonis tollent ac percipiant totalem summam pecunie, quam dicti Consules Domino meo Illustri principi Ludouico, Marchioni de Brandinborgh, pro ipso Ottone pagare pepigerunt, et quousque eisdem satisfiat pleniter de dampnis excrecentibus ex summa prenotata. In cuius resignationis testimonium sigillum meum presentibus duxi apponendum. Actum et datum in Spandow, anno domini Millesimo CCC^o. XL^o. sexto, in die Remigii confessoris.

Nach dem Original im Geh. Staats-Archive.

XIV. Markgraf Ludwig verleiht den Gebrüdern Mörner die Dörfer Ortzig, Gruschzick, Medewitz und Neu-Trebbin, am 3. Januar 1349.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. contulimus et presentibus conferimus honorabili viro domino Thiderico, preposito Bernwoldensi, nec non Ottoni et alijs fratribus suis

dictis Morner, fidelibus nostris dilectis, ipforumque veris et legitimis heredibus, ferutorum fidelium nobis multipliciter exhibitorum et in antea fidelius exhibendorum consideracione villas Othwick, Cruschzik, Medewitz et Trebineken cum singulis et univēsis pertinencijs et obvencionibus quibuscunque qualitercunque nominatis, ad premissas villas ex jure vel ex debito pertinentibus, sub modis, formis, juribus et honoribus, quibus premissa hactenus possedimus, in antea sine inquietacione qualibet perpetuis temporibus quiete et pacifice possidendum. In cujus etc. testes Ludovicus de Wedel, Wolffsteyn, Halso junior de Wedel, Ost, Henricus de Vchtenhagen. Actum in nova Berlin, Datum in nova Landesbergh, Anno MCCCXLIX, Sabbato post circumcissionem domini.

Aus Dietmann's Urkundensammlung des Königl. Geh. Staats-Archives fol. 262. und einer Sachwitzschen Abschrift.

XV. Henning und Franke Ruthenig geloben dem Markgrafen Waldemar, dem Herzoge Rudolph von Sachsen und den Anhaltischen Fürsten, sich mit dem Hause Saermund zu ihnen zu halten, am 10. April 1349.

Ich Hennig Ruthenig vnd Francke Ruthenig bekenne offenlich in dissemē brieffe, daz wir dem hochgebornen forsten Woldemar, Marggrafen zu Brandenburg, vnserme liben hern, globt haben vnd globen ane allirleye argelist in dissemē brieffe, daz wir mit dem huse zu Saremunt zu allen tzieten yme zu dienste sitzen wollen. Dar vmb daz er vns vnd vnser erben daz gut, daz er noch vnuorlegen hatte, zu lutken Rathenowe mit allem rechte hat gelegen. Ouch globe ich vorgnante Hennig Ruthenig vnd Francke Ruthenig in dissemē brieffe, daz wir den hochgebornen fursten Rudolf, Herzoge zu Sachsen, vnd Albrechte vnd Woldemar, fursten zu Anhalt vnd greben zu Aschania, vnd iren erben solen vnd wollen mit dem huse zu Saremunt ouch zu dienste sitzen, vnd sal ire offen hus sin zu iren noten. Wer ouch daz, des vnser vorgnante here Woldemar, Marcgrafe zu Brandenburg, nicht wolde, daz wir dem vorgnanten fürsten Rudolfe, Herzoge zu Sachsen, Albrecht vnd Woldemar, fürsten zu Anhalt, mit dem huse zu Saremunt zu dienste sehtzen, so solle wir von deme globte, daz wir in getan haben, von in widder ledich vnd loes wesen. Wer ouch sache, daz der Egnante edeler fürste Woldemar, Marcgrafe zu Brandenburg, vnser libir herre, abe gyngē, des got nicht wolle, so solle wir vns an Grafen Albrecht vnd Woldemar vnd iren erben mit dem huse zu Saremunt vns zu dienste halden. Wer abir, daz die begnante fürsten Albrecht vnd Woldemar, fürsten zu Anhalt, vnd ir erben von der marke zu Brandenburg mit rechte abgeteilt worden, oder mit gewalt dar abe gedrunge worde, vnd welchir wiez sie in abe gyngē, vnd war sich denne die marke zu Brandenburg vnd die lant hyn kerten zu eyne herren, dar solle wir vns auch hyn keren ane allirleye ansprache, vnd fullen denne alle des globtes, daz wir in getan haben, von in widder ledig vnd loes wesen. Tzu eyne vrkunde disses dinges, daz wir daz stete vnd gantz halden wolden, habe ich vorgnante Hennig Ruthenig dissen brief besigelt mit myme angehangenen ingesegele, Des ich francke Ruthenig ouch bruche an dissemē brieffe, wenne ich selbir keyn Ingesegele habe. Daz gescheen ist nach gots gebort Drytzhundert jar, in deme Nuen vnd viertzichsten Jare, des nehften Frytaghes nach Paschen.

Original im Herzogl. Gesamt-Archiv zu Dessau. Abdruck in Klöden's Waldemar III, 499.

XVI. Markgraf Ludwig d. R. vereignet zu einem Altare zu Rathenow Gebungen, welche Henning von Stechow und Conrad von Friesack zu Lehn trugen, am 27. März 1352.

Nouerint uniuersi tenorem presencium inspecturi, quod nos Ludouicus Romanus, dei gracia Marchio Brandenburgensis et Lusacie etc., ob honorem et reuerentiam omnipotentis dei et gloriosissime virginis matris sue, in remedium salutare animarum progenitorum nostrorum et nostre heredumque nostrorum, dedimus et donauimus et presentibus damus et donamus iusto proprietatis titulo duo frusta reddituum annuorum sita in villa Coslym, que annuatim dare et persolüere tenetur nunc Arnoldus de Gorne, villanus ibidem, altari fundato in honore Sanctorum Johannis Euangeliste et Johannis Baptiste, que siquidem VI frusta, que ad strenuum virum Henningum Steychou et Conradum de Frysak, fideles nostros dilectos, legitime pertinebant, ad dicta altaria cum omni commodo et honore, fructibus, redditibus et prouentibus et juribus uniuersis, quibus dicta VI frusta predicti Henningus de Steychou et Conradus Frysak a nobis habuerunt et tenuerunt et pacifice possederunt, in antea uolumus ad dicta altaria sine inquietatione qualibet perpetue pertinere. Renunciantes sollempniter omni iuri, quod nobis aut nostris heredibus in dictis VI frustis quoad proprietatem predictam competit vel competere poterit in futurum. In cuius — presentibus nobilibus uiris Henrico et Gunthero, ejus filio, Comitibus in Swarzburg, strenuisque uiris Friderico de Lochen, Hassone de Wedel de Valkenborch, Hermanno de Wulkou, Marquardo Luterbek, nostro Marschalco, Petro de Breydou, militibus, et Johanne de Wedel, Magistro Camere nostre, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Euerswalde, anno domini millesimo tricentesimo quinquagesimo secundo, feria tertia post Dominicam, qua cantatur letare.

Original im Geh. Staats-Archive.

XVII. Markgraf Ludwig der Römer gelobt der Stadt Straußberg, die ihr erteilten Verschreibungen zu halten, am 27. April 1352.

Wi Lodewich die Romer, van gots gnaden Marggrafe etc., Bekennen apenbar, dat wi louet hebben vnd louen met dessem briue den wisen lueden, den Ratmannen vnd gemeynen vnser stat tu Strusbergh, vnser lyuen getruwen, wat si mit brisen vnd hantfesten der alden vnsen, den god gnade, vnser voruaren vnd vnser liuen bruders Ludewiges, des eltern, Marggrefen tu Brandenborch, vnd vnser redeliken konen bewisen, dar si recht tu hebben, do bie wille wi si beholden vnd en dat betern vnd nicht ergern. Met orkunde disses brifes, die gegeuen is tu Strusbergh, nach gots gebort Derttein hundert iar, darnach in dem twei vnd festigesten iare, des vrydages vor dem Sundage, so man singet Misericordia domini.

Original im Dessauer Archive. — Klöden's Waldemar IV, 395.

XVIII. Markgraf Ludwig d. R. quittirt die Stadt Straußberg wegen der Zahlung ihrer Urbede, am 29. Juni 1352.

Nouerint uniuersi tenorem presencium inspecturi. Quod nos Ludowicus Romanus etc. Quod prudentes viros, consules et universitatem ciuitatis nostre Strulzbergh a perfoluone et satisfacione triginta marcarum argenti Brand., quas nobis perfoluisse debuissent in festo beate walpurgis preterito, pro pensione et exaccione nostra annua, et triginta marcarum eiusdem argenti, quas nobis in festo beati Martini proxime venturo pro pensione nostra annua perfoluere tenebuntur, Dicimus quitos presentibus liberos et solutos, In quibus nobis satisfecerunt plenarie et ex toto, deputamus eciam presentibus predictis pensioem nostram annuam diete ciuitatis tollendam et pacifice percipiendam in festo beate walpurgis proxime venturo, pro decem marcis et quadraginta talentis brandenburgensis, in quibus frater noster illustris dominus Ludowicus, senior, marchio Brand., sincere nobis dilectus, ipsis prius fuerat obligatus, et si forte denarii Brand. noui fabricentur et datiui erunt ratione terre nostre et propter hoc marca argenti comparabitur cum paucioribus denariis, quam nunc, eis de hoc de indemnitare cauere volumus, sicut consonum fuerit racioni, deputantes pro illo dampno si casus acciderit eis pensioem nostram in dicta ciuitate in festo beati Martini proximo ultra ad annum tollendam et percipiendam, donec pro dampno et interesse, quod propter mutacionem monete inciderint, satisfactum fuerit competenter, presencium testimonio litterarum. Datum Bernow, anno domini M^o. CCC^o. L^o. secundo, in die beatorum Petri et Pauli apostolorum.

Original im Dessauer Archive. — Klöben's Waldemar IV, 399.

XIX. Markgraf Ludwig der Römer verpfändet dem Bürger Nicolaus Nymik in Frankfurt die jährliche Urbede der Stadt Bernau, am 27. März 1354.

